



320  
20

Z. n. 18.



18. IIIA.

PROPHETÆ MICHÆ

מִתְּחַנֵּן

CAP. V, 1.

CUM EVANGELISTÆ MATTHÆI

ΟΤΔΑΜΩΣ ΕΛΑΧΙΣΤΗ

CAP. II, 6.

COLLATUM ET CONCILIATUM  
SISTENS

# FESTUM NATIVITATIS CHRISTI

ORATIONE SOLENNI

IN TEMPO ILLISTRIS AUGUSTEI  
FERIA PRIMA CIRCA HORAM XII.

HABENDA

CELEBRANDUM

INDICIT

M. CHRISTIANUS REINECCIUS  
SS. TH. B. CONSILIAS. SAXO-WEISSENF. ILL. AUGU-  
STEI RECTOR ET P. P.



N hoc Sanctissimo FESTO NATIVITATIS CHRISTI saepe legitur & auditur Prophetia Michæ ex cap. V. l. in Matthæi Evangelio cap. II. 6. reperita, & omni præstinentie nostra meditatione dignissima est. Prophetæ verba in Textu Originali hæc sunt: וְאַתָּה בֵּית לְהֹמֶר אֶת־חֲדָרָה צָעִיר לְרוּחָה בְּאֶפְלָוּחוֹרָה וְגַוְאַלְחוֹרָה קְדֻם יְהֹוָה קָדוֹשׁ בָּרוּךְ הוּא: Apud Evangelistam leguntur Καὶ σὺ Βαθεῖμ γῆ ἡδα ἐδιπνόει ἀλαχίτη εἰ ἐν τοῖς ἡγεμονοῖσι: οὐ σὸν γέρε εὔξενος τεττάνεος, οὐτε πυρετοῦ τὸν λαὸν μετὰ τὸν λοραῆν. In collatione verborum Prophetæ cum verbis Evangeliste multa conficitur varietas, quam varie solvere & tollere al-laborarunt Scripturarum Interpretes. Ipsa autem allegationis formula apud Matthæum: εἰτο γαρ γέρεται διὰ τὸ πρεσβύτερον, diversa ab ea, qua alias utuntur Scriptores Sacri & ipse Matthæus in hoc & præcedenti capite: να πρεσβύτερον τὸ ἥρθε &c. ex ipsis Hebræorum antiquorum modis formulisque allegandi Scripturam infinita, non ipsa simpliciter verba ubique recitari, sed quandoque verba allegari, quandoque sensum verborum illustrari, atque aliis & alias vocibus clarius pro ratione temporis exprimi, & afferri quantum scopus posulat. Qua de re fuius egit Guili. Surrenbius in Libro quem inscripsit בְּרֵב הַשְׁוֹרָה p. 1. sqq. & p. 170. Ita cœtus fæderotum & Matthæus ipse pro nomine Ephrata facile sui temporis nomen notius γῆ ἡδα (Oppidum cum territorio, ut Matt. 14,34, γῆ appellans) posuit, sed Dux nominavit pro Chilarchis, quia Messias inter Chilarchas terra Judeæ ipsiusque tribus Judeæ Dux supremus erat futurus & Dominator, cuius præcipuum etiam officium exprime-re voluit per ποιησεῖν τὸν λαὸν &c.; omisit autem quod ad scopum questionis de Loco Natali Bethlehem, non pertinebat, quodque omnium era a Scribis de Loco nativitatis temporalis, non de eterna origine Messiae ab Herode rogatis. Adeo ut nulla ex omnibus varietatibus in hac textuum facrorum collatione, quarum in Harm. b.l. Vulgathern novem numerat, difficultatem habeat, quam que in verbis Prophetæ גַּדְעֹן צָעִיר & שְׁבָעָה וְאַזְנָיָה Evangelisti appetat & super est εὐαγγελίου. Que, quod fatendum est, valde exercuit quosdam veteres Ecclesiæ Patres, adeo ut in insul-sas quandoque opinione inciderint, quas nec Hieronymus, Hebraicæ dictiōnis haut ignarus nec eruditiois sacra expers, evitare potuit Com. in Mich. T. 6. Opp. p. 153. ed. Bas. 1553, ut recentiorum nonnullorum utpote Lud. Capell, Knobchensis aliorumque contortas sententias taceam. Felicissime hanc difficultatem solvile vius est Ed. Pocockius in Not. Misc. Portæ Mosis subjecti p. 19. ed. Londin. & pars. ed. Lipsiensis. Is observat & multis exemplis probat, dari voices in Lingua Hebraica, Arabica, Græca & Latina aliisque, quæ oppositas habent significaciones v. g. שְׁמַר usurpat de sancto & profano, בְּרֵב significat benedicere & maledicere, וְאַדְנָי animam & cor-pus inanis nota, כְּרָכָר propietate & impietate ponitur, פְּרָה operiendi & aperi-en-di notionem habet, שְׁמַר dulce & amarum designat. Qualia innumera etiam apud Arabes occurunt. Nec Latini & Græci iis destituuntur. Illis altum & profundum tam de supra quam de infra nos longe positis dicitur; infra dictum idem est, quod fractum eiisque contrarium. Græcis αἴρειν & pigrum & delocem denotat, σερφε & firmum & imbecille, καθαρόν & polluo & confero, αγανάκτην & sevum, ψευδέων agnum euso & facio, &c. Et talem quoque esse vocem ψυχ Pocockius contendit testimonii Rabbinorum, & quidem Grammatici Ebn. Jannâkî, qui in Libro Radicum ψυχ & parvum & magnum sive excellens significare dicat: & R. Tanchum, qui locum Michæ exponens scribat: ψυχ rectius exponit principes, illistris, primaria, quo sensu, inquit, sumitur & alibi ut Jerem. XLVIII, 4. & Zach. XIII, 7. Ubi Jeremias de Moabitis vaticinatus ait: audire fecerunt clamorem צְעִירִים i. e. non ut vulgo reddunt parvulus ejus, sed principes, vel prefecti ejus, quo-

Quomodo ibi etiam verit *Chaldeus*: **דָּמְנוֹתֵר** Dominatores ejus. Et illud Zachariae c. XIII, 7. convertam manum meam super **בְּנֵי־עַמּוֹ** non parvulos, sed **בְּנִים** & principes, & pastores interpretantur LXX. Interpr., Arabs & Syrus. Ut alia, quæ prolixè leguntur apud Pocockium l.c. taceam. Ex quibus Pocockius conficit, idem sonare nomen **רַבָּס** quod apud Prophetam occurrit, ac quod apud Matthæum **ράβης ἐπαξίην**, adeo ut nulla hic inter Prophetam & Evangeliam superfit discrepantia; additique: *nec temere forsitan adhibita ista loquendi forma posuius quam alia quepiam, quis simpliciter magnum vel illustrem denotet, cum ita duplex, quem diximus, nominis **רַבָּס intellectus subinuatur, utroque ex professo, altero licet prelato, idque non prout accidit, sed certo at deliberato consilio factum videatur.*** Atque hac conciliandi ratio multis Dodisimis Philologis valde arrisit. Egregie de ea sensit Hottingerus in Histor. Creat. q. 8. p. 15. Iq. & in Smegm. Orient. l. i. p. 73. & Altingius Tom. 2. Op. in Parall. p. ii. item Carolus Maria du Veil Com. in Proph. min. p. 211. Hammondus Annot. in N. T. h. l. Job. Millius in Not. ad N. T. h. l. & ex nostrar. Frischmuthus diss. pec. de Harmon. Mich. & Matth. c. i. circa fin., nec non Gotofr. Wegenerus tr. de Loco Nat. I. C. p. 31. 32. & Iq., ut alios jam prætermitant, qui hanc conciliationem vel mitifice laudent, vel ut optimam ipsi amplectuntur, quod etiam in Programmate quodam Lipsiensi memini faustum. Attamen quanta facilitate primum hæc sententia se commendavit Viris Laudatis; tanta adhuc difficultate laborare visa est aliis in Philologia Sacra exercitatisimis versacissimisque Viris. D. Pfäfferum in Dub. Vex. Loc. XC. p. 856. ostendit duplex vocabuli **רַבָּס intellectus in uno loco, juxta sententiam Pocockii, qui admitti non posse, nec simul esse in ἐπαξίῃ Matthæi, ut notet magnum & parvum simul.** Quod si autem hoc de dupli significatu unius vocis in uno loco dimittatur & relinquatur suo Auctori, & tantum significatus **רַבָּס magni & illustris in loco Michæ acceptetur, dubios nihilominus nos reddit valde constantius hujus vocis **רַבָּס** cum derivatis in Scriptura significatu **parvi & exigui** per XXXII. loca V. T., ex quibus nullus est, qui significationem **magni & illustris** certo stabiliet. Ita in ipso hoc vocabulo **ἐπαξίην** mirifica remanet, quam nemo facile, notante Giffeso in Comment. L. Hebr. p. 719. tolerabit intra ipsa Ebraismi pomoeria. Intra ipsum Ebraismum inquit. Nam vox Ebraismo in alias linguas excurrens potest variis de causis etiam oppositus significacionibus indui, etiamque potest venire a diversa radice, nempe ab Ebraico **רַבָּס** in Arabicâ lingua. Sed Ebraica lingua primut est: nec verisimile est, unam linguam secum pugnare uni verbo seu signo significata adversa anneccendo. Erum exempla afferuntur, ut id fieri ostendat, es si bene examinatur ad eandem notionem essentiale reducibilis sunt, nec **ἐπαξίην** reperiuntur, nisi quia partes oppositas habent, à quibus spectantur per vices. Sed **רַבָּס** non sic se haberet. Quod ergo duo illa loca Scripturæ à Tanchumio allegata, nam plura inveniri non potuere, attinet, certe nec illa rem evincant. Nam Jeremiae c. 48, 4. appositissime parvulos notat, ut patet ex v. 46. Scilicet crudelissime cum Moabitis acturos esse hostes corum Jeremias ait, ne infantibus quidem parciuntur, quorum proinde lamentabilis vox ubique sit aures perculta. V. Sebas. Schmidius Com. in Jer. T. 2. p. 755. Nec quicquam magis pro illo novo significatu facit locus Zach. 13, 7. in quo Propheta à Pastore percutiendo ad gregem disipandum progreditur & gregis parvulos, sive percutiendos, sive refocillandos; ita ut de Principibus cogitandi nulla adstratio. Quantum autem ad *Chaldei* in istis locis & LXX. *sermons*, quos fecerit sunt Arabs & Syrus, auctoritarum, nescire sciat Gottfr. Olearius in Obscrv. Philolog. ad h. l., annon aliam lectioiem potius illos, quam aliam vocis **רַבָּס** significatum fecutos esse dicere debeat. Certe, inquit, pro **בְּנֵי־עַמּוֹ** apud Zachariam extitro **τόνος** & metathesi facta **τόνος** & **υ** legere potuere**

potuerit **וְשָׁמַעַת**, cuius metathecos & omissoe litteræ oppido multa exempla colle-  
git *Lud. Capellus* in *Crit. S. l. 4.* Imo forsan ipsi cum bis in proxime precedentibus  
mentio **וְרִא** Pastor existeret, obversantem oculis vocem istam reddidere. Simile Chaldaeo Paraphrasse in interpretatione Jeremias contigisse vel litera **Vau** persuadere nobis potest à Malorethis circello in hac voce notata. Quid mirum vero recen-  
tiores quosdam Judæorum Grammaticos partim loco Michæ inductos, à quo pro  
parvavenditari arbec Berilchemiticam ferre non poterant, partim Chaldaeæ aucho-  
ritate, non inspecta forma vocis in textu, novum vocis significatum sibi fixisse.  
Quibus omnibus hoc denique accedit, quod Evangelista nostri simplicitati minime  
convenire videatur, cum in textu quem exprimit invenisset: Princeps es in milli-  
bus Juda, vertere **εὐαγγέλιον ἐλαχίστην**, quodque ipsa vox **ἐλαχίστην** manifeste nimis  
recepitissimum illum vocis **ψῶν** significatum reliquit. „ Proinde ita conciliandi  
Mattheum cum Propheta ratio, quam facilis etiam primo intuitu visa sit, deseritur  
à Job, Marckio Com. in Proph. Mich. p. 22, *Guffy* in Com. H. L. p. 719, nostro  
*Pfeiffer* & aliis. Eaque igitur nobis magis arridet conciliatio, qua verba Prophetæ in-  
terrogative accipiuntur: an parva es &c. i.e. minime parva es: & ut Evangelista habet  
**εὐαγγέλιον ἐλαχίστην** cum quod Propheta verba interrogative accepta amicissime con-  
spirant: nititurque ipsa Evangelista allegatione, nec non antiquissima lectione LXX.  
Versionis Italæ **μὴ ὀλυροῦτες** in Codice Barberini Cardinalis & alio Bibliothecæ  
Augusti apud Vindelicos, quam exprefserunt *Cyprianus* l. i. *Teftim. adv. Jud. §. ii.*  
*Origenes* l. i. *adv. Celsum*, *Chrysostomus* in *Orat. de Trinitate*, *Augustinus* de Civ.  
D. l. 18. c. 30, *Hieronymus* in Versione LXX. Int. editionum antiquiorum, item  
Arabs LXX. secutus; ex quibus illud **μὴ** in ipsis Codices N. T. quosdam *Cantab.* &  
*Steph. B.* irreputare videtur. Particulari autem **μὴ** inferire interrogacioni nemini-  
non notum est per ipsa N. T. exempla Matth. 7. 9. 10. c. 9. 15. Luc. 17. 9. Joh. 4. 12. c.  
6. 67. c. 7. 47. sc. 53. c. 9. 17. 40. c. 10. n. c. 18. 17. 25. &c. inferiuitque in verbis LXX.  
Versionis Italæ **μὴ ὀλυροῦτες** an minima &c.? & ostendit Senechus accepisse textum  
Michæ interrogative: an parva, an minima es? Nec omissum **τι** interrogativum  
in textu Michæ originali quenquam turbabit, si cogitet, plura eius dari in Codice  
Hebr. exempla, ubi textus & contextus interrogacionem postulant, qua collegit  
*Glossus* in *Philol. S. l. 4. tr. i.* obser. 1. p. 645. sq. Neque, quod obvertit *Lud. de Dieu*  
in *Crit. S. p. 317.* huic interpretationi obstaculum cogimus, & ipsam urbem  
Bethlehem ingredimur, ut videamus τὸ πῆμα τὸ τέτον τὸ γενεός τὸ Βαθέου ὁ ἐνυπερ  
εὐθύπορος ἡμῖν. Luc. 2. 15. & inveniamus recente natum Dominatorem in Israele, no-  
stramque in eo Salutem. Ostendet nobis hanc natam orbi Salutem cum die hoc *Natali Christi*, Nobilissimum ac Praestantisimum Juvenis DN. IOH. GEORG. SCHMAL-  
KALDEN Thomæ pontanus J. U. Studiosus perquam sedulus, pius & eruditus in  
docta Oratione sua. Quam ut Illustræ Aulae Serenisimæ Ministri & utriusque  
Reip. Proceres nec non Literati hujus urbis & Cives illi Augulei audire ne graven-  
tur, observantissime humanissimeque rogamus. P. P. d. 17. Decembr.

A. O. R. M DCC XXIV.

*LEUCOPETRAE,*  
Litteris Gottfr. Andr. Legii, Aul. & Aug. Tipogr.

Nc 885.  
40

ULB Halle  
001 556 347



Sb.

WAN

7.6.5



PROPHETÆ MICHÆ

א ב ג ד

CAP. V, 1.

CUM EVANGELISTÆ MATTHÆI

ΘΕΣΙΧΩΣ ΕΛΛΑΣΤΗ

CAP. II, 6.

COLLATUM ET CONCILIATUM.  
SISTENS

# FESTUM NATIVITATIS CHRISTI

ORATIONE SOLENNI

IN TEMPLO ILLISTRIS AUGUSTEI  
FERIA PRIMA CIRCA HORAM XII.

HABENDA

CELEBRANDUM

INDICIT

**M. CHRISTIANUS REINECCIUS**  
SS. TH. B. CONSILIA. SAXO-WEISSENF. ILL. AUGU-  
STEI RECTOR ET P. P.

